

DE SCHISMATE GRÆCORUM

PER MICHAELEM CERULARIUM IN ROMANAM ECCLESIAM EXCITATO

Et de eorum objectis in Latinos.

(Mabill. *Acta SS. ord. S. Bened.*, Sæculi VI parte II, Praef., pag. III.)

1. Jam anni fere ducenti a schismate Photiano effluxerant; cum necdum bene obducta cicatrice, aliud non minus perniciosum, et hactenus insanabile exortum est. Post mortem quippe Alexii patriarchæ Constantinopolitani, quæ anno millesimo quadragesimo quarto, mense Februario accidit, subrogatus est in ejus locum Michael, cognomento Cerularius, qui a Joanne germano Michaelis imperatoris in exsilium actus fuerat ob tyrannidem affectatam, testante Joanne Europolata. Hinc neophytus ad patriarchale cœctus fastigium, Alexandrino et Antiocheno patriarchis suas prærogativas detrahere conatus, demum in Romanum pontificem, totamque Latinam Ecclesiam se convertit, specie quidem ut cum Romano pontifice et Latina Ecclesia communionem sarciret, sed re ipsa ut causas utrique conviciandi quereret ac prætexeret. Tunc Romanæ Ecclesiæ præter Leo IX, Damaso secundo suspectus anno millesimo quadragesimo nono, quo tempore Græci in Apulia contra imperatorem rebellaverant. Hac occasione Cerularius litteras scripsit ad Leonem papam, *tum multa*, ut ipse (112) aiebat, *humilitate*: «*tum ut Leo cum Gracis eadem sentiret, removereque scandala quæ de Latinis circumferebantur circa orthodoxam fidem, tum ut ipsum sibi benevolum redderet, quo per eum Francorum auxilium contra Gracos rebelles imperatori procuraret.*» Eodem tempore Petrus patriarcha novus ecclesiæ Antiochenæ, quæ, uti et Alexandrina, quamdam semper communionem cum Latinis retinuerat, litteras cum fidei catholicæ professione misit ad Leonem pontificem, qui ejus promotionem laudavit confirmavitque. Non tuliit hanc Petri Antiocheni moderationem Cerularius, magnopere improbans quod Romanum pontificem in sacris diptychis commemoraret. Quin etiam, adjunctis sibi Leone Acridano archiepiscopo Bulgarorum, et Niceta Pectorato, variis scriptis Leonem papam et Latinam Ecclesiam exagitavit. Respondit ad Cerularii litteras Petrus (113) Antiochenus ea quæ prædictus erat moderatione, et objectiones in Latinos ab eo factas partim insuper habuit. «*Et alia quidem, inquit, visa sunt detestanda, qualis est particulae Filioque adjectio ad sanctum Symbolum, alia vero sanabilia; quædam denique digna que dissimilentur. Ubi autem nec circa Deum nec circa fidem periculum est, propendendum semper ad pa-*

Acem et fratrum amorem. Denique multa itidem apud orientales tolerari, quæ post multum laboris ac studii non potuerint excindiri. Quod si eorum, inquit, qui sub nobis degunt, superiores evadere non valemus, quo pacto illam gentem superbam altæque cervicis a suis consuetudinibus revocare poterimus? Cæterum non facile aures præbendas inanibus calumniis, nec suspicionibus temere habendam fidem. » Demum epistolam ita concludit: «*Atque hoc divinam tuam beatitudinem admittere exhortor: ne, dum omnia requirimus, omnia amittamus.*» Hæc epistola scripta est post mortem Leonis papæ, quæ anno 1054 accidit, cuius successori scribendum monet Petrus, ut objecta vel neget vel excusat.

B2. Verum Leo papa, urgenti malo præsens remedium adhibitus, legatos cum litteris direxerat ad Constantimum Monomachum imperatorem, scilicet Humbertum cardinalem et episcopum, Petrum Amalphitanum archiepiscopum, et Fridericum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cancellarium; qui, visitato primum Casinensi monasterio, ut suæ legationis successum Deo commendarent, in urbem reglam profecti sunt. Hos benigne et honorifice exceptit imperator, contra quum Cerularius, quem legati in errore obfirmatum anathemate perculerunt. Humbertus primum Medianii monasterii in Tullensi diœcesi monachus, indeque Romanus profectus cum Brunone electo pontifice, atque ab eo creatus cardinalis et episcopus Silvæ Candidæ seu Sanctæ Rufinæ, præcipuas hoc in negotio partes habuit, isque unus voce ac scriptis, quæ exstant, Cerularii objecta et errores refutavit, et Nicetam Pectoratum ad resipäsentiam adduxit. Petrus Amalphitanus archiepiscopus a Cerulario frustra culpatur, tanquam ob facinora e sede sua pulsus, quem *pīæ memorie* virum vocat Petrus Damiani (114); unde redarguans putidum impostorem Benioneum, qui eum ob malas, ut ipse nugatur, artes infamare conatur, ut Gregorio VII ejus discipulo labem adspergat. Tertiū e Legatis Fridericus, Godfridi Tusciae ducis frater, Leonis papæ et ~~hunc~~ imperatoris propinquus erat, postea Casinensis monachus et abbas, deinde cardinalis, ac demum summus pontifex ad breve tempus sub nomine Stephani X.

D3. Objectionum capita quæ Cerularius Latinis exprobribat, partim eadem, partim alia erant ab

(112) Cerul. epist. ad Petr. Antioch.

(113) Coteler. tom. II Monum. p. 145 et seqq.

(114) Petr. Dam. init. opusc. xxxiv.

ius que Photius ~~sæculo~~^{anno} jam opposuerat. Hæc in summa refert Cerularius in epistola ad Petrum Antiochenum : « Nimirum quod Latini particulam *Filioque* Symbolo adjecissent; quod azymo pane in sacrificio utantur; quod feria quarta carnem, parasceve caseum et ova edant, sabbato jejunent, suffocata et polluta comedant; quod monachi adipem suillo utantur, eorumque infirmi carnibus vescantur; ad hæc, quod sacerdotum nuptias prohibeant Latini; et in Missa tempore communionis unus ministrantium azyma comedat, et reliquos salutet; quod annulos in manibus episcopi gerant ut sponsi; insuper, quod baptismum unica mersione peragant; denique, quod omnes barbam radant. » Quid ad hæc responderit Humbertus, singillatim exponere otiosum fuerit. Illud unum observare licet, quod negat Latinos suffocato et sanguine ad id tempus usos fuisse. Prescius objecta ipsa refellit in multis Petrus Antiochenus in epistola (115) ad Cerularium; excusatque Latinos quod barbam radant, et quod episcopi annulos gerant. « Quod autem polluta mandocent ipsi Latini, eorumque monachii edant carnem et adipem porcinum, illa quoque invènies, inquit, modo indagaveris, apud quosdam e nostris fieri, » quod Magni Basili testimonio probat, et exemplo sancti Pachomii, quem in suo sancto monasterio sues et micis ac mensem reliquiis pavisse dicit : « Quibus mactatis, carnem quidem hospitibus in cibum præbebat, interanea vero ac extremitates pedum capitisque senibus monachis et infirmis apponebat. Egregium vero scilicet ac suave obsonium, inquit, lentem et fabam, defectu boni olei, cum adipem suillo coctas comedere! » Ex illa nihilominus Cerularii objectione in monachos, quod carnibus infirmi vescerentur ex regulae sancti Benedicti indulgentia, occasionem forte sumpsit sanctus Bruno Cartusianorum auctor, ut carnium esum suis, etiam infirmis, interdixerit; tametsi in statutis Guigonis non fiat diserta illius abstinentiae mentio cap. 38, ubi propter solos infirmos emendorum piscium facultas conceditur. At in prima parte compilationis statutorum antiquorum *sæculo xiii* factæ, *esus carnium, cui Ordo renuntiavit*, nulli infirmorum, ne quidem leprosis, conceditur cap. 44; qualem abstinentiam venerabilis Stephanus, Grandimontensis ordinis auctor, suis etiam discipulis desertis verbis interdictit in regulæ sue cap. 57. Quod vero nonnulli Græcorum Latinis objiebant, quasi honorem sacræ reliquiæ et imaginibus detraherent, id falsum revincit (116) Petrus Antiochenus, tum ex cultu quem Romani reliquiæ sanctorum apostolorum Petri et Pauli exhibebant, « tum ex eo quod videmus, inquit, Francos peregrinos in nostra omnino veneranda templo intrare, omnemque honorem ac reverentiam sacræ imaginibus impertiri. Itaque rogo, subdit ille ad Cerularium, supplico obtestorque, mente tuos sacros pedes amplectendo, ut de eo quod exactius est remittens di-

(115) Coteler. ubi supra, p. 149.

(116) Ibid., p. 158 et seq.

A vina tua beatitudo, rebus sese accommodet. Metuendum enim est ne, dum vult discussum sarcire, pejorem scissuram faciat; dumque prolapsum erigere contendit, majorem efficiat casum. Utinam hanc moderationem Græci omnes semper in animo habuisserent, vel modo salem haberent!

4. Interim moritur Leo papa: quo nuntio accepto, legati Romam reditum parant. Ilos donis muneratos diuinit imperator, eiusque munera haud exigua beato Petro offerenda prebuit. Eorum insuper precibus annuum censum, id est binas auri libras, Casinensi monasterio (118) quotannis persolvendas instituit. Verum eos in reditu Trasimundus Theatinus comes interceptit spoliavitque. Invidiam nihilominus apud Henricum Germaniæ regem passus est Fridericus cancellarius, quasi pecunias ac donis suffarcinatus rediisset, ob id regi inquisus quod frater ipsius Godefridus in eum rebellasset. Hac pulsatus calumnia Fridericus, Richerium Casini abbatem, qui tunc Romæ aderat, convenit, seque in monachum admitti postulavit. Annuit facile Richerius, præmissoque cum suis Casinum Friderico, ipse post paucos dies subsecutus est cum Henrici regis nuntiis ad principes missis; quibus præsentibus, ille abjecta qua tunc utebatur pretiosissima veste, sacræ religionis habitum induit; postea factus abbas, dein cardinalis a Victore II, ac demum post Victoris obitum pontifex sub nomine Stephani X, anno 1058. Ubi primum iniit pontificatum, nihil antiquius habuit quam ut Græcos ad Ecclesiæ communionem revocaret. Quapropter legationem decrevit in Orientem ad urbem Constantinopolitanam, designato ad id muneris Desiderio (7) Casinensi abbatem, cui collegas duos ad junxit, Stephanum cardinalem, et Mainardum postea Silvæ Candidæ episcopum, dato eis mandato ut quam citius fieri posset reverterentur. Verum quoniam hæc legatio suum consequeretur effectum, pontificis obitus brevi subsecutus intercessit. Tentata subinde Græcorum ad Ecclesiæ communionem reductio, sed hactenus (quod magnopere dolendum) exiguo et fere nullo fructu.

5. Illud obiter observandum quod Leo IX habet in epistola ad Cerularium, ubi Ecclesiæ Constantinopolitanæ exprobrat levitatem in ordinandis eunuchis ejus episcopis, aiens loco unius ex eis ordinatam fuisse feminam ferri: quod sane Leo Cerulario haudquam exprobaturus fuisse, si fabula de Joanna papissa vulgata fuisse; quam a Cerulario in Leonem ipsum, adeoque in Romanam Ecclesiam, facile regeri posse præsensisset. Verum hæc fabula jam demum apud eruditos sic male olet, ut de ea plura dicere vetet pudor; tametsi heterodoxi quidam eam propugnare pergent, ut ridiculo commento suos asseclas pascant. Tantum addo, quod a nemine hactenus notatum, in veteri carmine de Romanis pontificibus, quod in Eugenio III desinit, nullam de fabulosa illa Joanna fieri mentionem, ut nec in car-

(117) Chron. Casin., lib. II, c. 89.

(118) Ibid., lib. III, c. 8.

mine Froloardi. Sic enim habet, post Valentimum, poeta ille *anonymus* nondum editus :

*Gregorius quartus, et Sergius, et Leo quartus
Pontifices dicti; post quos legitimus Benedictum.
Hoc, Nicoae, tuo tua gaudet Roma decore.*

Ex quo intelligitur hanc fabulam medio sæculo duodecimo necdum inventam fuisse, quam Martino Po-

A Iono plerique tribuunt; tametsi in nonnullis ejus exemplaribus, quale est unum apud clarissimum abbatem Franciscum de Campis, nihil simile habetur. Fatendum est tamen illam tunc temporis, id est sub finem sæculi tertii decimi vulgatam fuisse, eamque apud Joannem Iperium reperiri.

LEONIS IX PAPÆ OPUSCULA.

DE CONFLICTU VITIORUM ATQUE VIRTUTUM LIBELLUS.

Exstat ad calcem editionis Operum sancti Leonis Magni, Venetiis anno 1553 data.

ADMONITIO PRÆVIA.

Histoire littéraire de la France, tom. VI, art. S. Leon IX, pag. 470.)

Plusieurs bibliographes (BELL. *Scrip.*, p. 279; LAB. *Scrip.*, t. II, p. 48; SIC. *Scrip.*, c. 149, not.; CAVE, p. 524.) attribuent à Léon IX quelques homélies ou sermons imprimés, selon eux, à la suite de ceux de saint Léon le Grand, dans les éditions de Louvain 1563, de Cologne 1568, 1598, et d'Anvers 1583. Mais ils ne spécient rien en particulier, et ne nous en donnent point d'autre connaissance. N'ayant pu déterminer aucune de ces éditions, nous avons été assez heureux pour en trouver une autre de Cologne de 1548. A la fin de celle-ci est imprimé, sous le nom de saint Léon pape, un traité *Du combat des vices et des vertus*. Pierre Canisius, qui en est l'éuteur, atteste qu'il se trouve dans des manuscrits fort anciens, entre les écrits du grand saint Léon; mais il avoue en même temps qu'il n'est point de ce pape. L'unique preuve qu'il en donne est la diversité de style. A celle-ci, qui est palpable, il pouvait en joindre une autre qui est sans réplique : c'est que l'auteur du traité renvoie sur la fin la personne à qui il l'adresse à la règle de Saint-Benoit, de laquelle il fait un grand éloge, comme contenant toutes les instructions suffisantes pour mener une vie chrétienne.

Trois raisons nous persuadent que ce traité, qui est peut être la même chose que les homélies ou

B sernions dont parlent les bibliographies citées, appartiennent à notre saint pape : 1^e Il porte le nom de Léon dans les anciens manuscrits, et n'est point un écrit de saint Léon le Grand ; 2^e l'éloge qu'on y lit de la règle de Saint-Benoit convient parfaitement à Léon IX, qui l'avait professée ; 3^e enfin, le style, qui est coupé, aisé, coulant, retient les caractères de celui de notre savant pontife. Il n'y a qu'une difficulté solide qu'on puisse opposer à notre sentiment, c'est que l'auteur, parlant de la ville de Milan, la désigne comme le lieu où il écrivait ; mais on peut l'entendre aussi du lieu où faisait sa demeure la personne à qui l'écrit est adressé. S'il est véritablement de notre saint pape, il put le composer pendant sa prison de Bénévent. L'auteur témoigne qu'il était fort occupé, et qu'il lui avait fallu prendre sur son sommeil pour trouver le temps de l'écrire.

C Ce traité est divisé en vingt-cinq chapitres, dans chacun desquels l'auteur introduit un vice et la vertu opposée, qui combattent l'un contre l'autre, commençant par l'orgueil et l'humilité, et finissant par l'aniour de ce monde et le désir des biens futurs. Le fond principal en est tiré de l'Ecriture sainte, et l'éuteur en faisait tant de cas, qu'il le qualifie un livre d'or.

Apostolica vox clamat per orbem, charissime, atque in procinctu fidei positis, ne securitate torpeant dicit : « Omnes qui pie volunt vivere in

Christo Jesu persecutionem patientur (I Tim. iii). Et ecce Christianitas in suis principibus jam religiosa, jamque fidelis est. Desunt pie viventibus in